

Tekst 1

Jaloezie gaat op bevel van Minerva naar Aglauros toe.

778 Ze lacht uitsluitend als ze weet van andermans verdriet,
779 geniet geen slaap, omdat ze wakker ligt van schrikgedachten;
780 ze loert afgunstig op succes van mensen en ze kwijnt
781 al loerend weg: ze proeft ervan én wordt beproefd, en daarmee
782 wekt ze haar eigen kwelling. – Ondanks diepgevoelde haat
783 riep de godin Minerva haar nu toch dit kort bevel toe:
784 'Ga één van Cecrops' dochters met je pus vergiftigen,
785 doe wat ik zeg! Aglauros heet ze...' en maakte dat ze wegkwam,
786 zich met haar lans afzettend van de grond, geen woord te veel.

787 De ander ziet met scheve ogen hoe Minerva wegvliegt,
788 sputtert wat binnensmonds, omdat het pijn doet die godin
789 haar zin te geven, grijpt dan toch haar staf, die is omwikkeld
790 met doornprikkel, en in donker wolkenkleed gehuld
791 gaat ze, en waar ze gaat vertrappt ze bloeiende gewassen,
792 grassen verschroeit ze en papaverbollen breekt ze stuk
793 en met haar adem blaast ze gif uit over mensen, steden
794 en huizen..., tot ze eindelijk Athene's burcht bereikt,
795 waar zóveel rijkdom, macht en feestelijke vrede heersen,
796 dat zij, omdat ze niets te huilen ziet, zelf huilen moet.

797 Sed postquam thalamos intravit Cecrope natae,
798 iussa facit pectusque manu ferrugine tincta
799 tangit et hamatis praecordia sentibus implet
800 inspiratque nocens virus piceumque per ossa
801 dissipat et medio spargit pulmone venenum.
802 Neve mali causae spatium per latius errent,
803 germanam ante oculos fortunatumque sororis
804 coniugium pulchraque deum sub imagine ponit
805 cunctaque magna facit. Quibus inritata dolore
806 Cecropis occulto mordetur et anxia nocte,

807 anxia luce gemit lentaque miserrima tabe
808 liquitur, ut glacies incerto saucia sole,
809 felicisque bonis non lenius uritur Herses
810 quam cum spinosis ignis supponitur herbis,
811 quae neque dant flammam lentoque tepore cremantur.
812 Saepe mori voluit, ne quidquam tale videret,
813 saepe velut crimen rigido narrare parenti;
814 denique in adverso venientem limine sedit
815 exclusura deum. Cui blandimenta precesque
816 verbaque iactanti mitissima "Desine," dixit;
817 "hinc ego me non sum nisi te motura repulso."
818 "Stemus" ait "pacto" velox Cyllenius "isto"
819 caelestique fores virga patefecit; at illi
820 surgere conanti partes quascumque sedendo
821 flectimur ignava nequeunt gravitate moveri.
822 Illa quidem pugnat recto se attollere trunco,
823 sed genuum iunctura riget frigusque per unguis
824 labitur et pallent amisso sanguine venae;
825 utque malum late solet immedicabile cancer
826 serpere et inlaesas vitiatis addere partes,
827 sic letalis hiems paulatim in pectora venit
828 vitalesque vias et respiramina clausit.
829 Nec conata loqui est nec, si conata fuisset,
830 vocis habebat iter; saxum iam colla tenebat
831 oraque duruerant signumque exsanguis sedebat.
832 Nec lapis albus erat; sua mens infecerat illam.
833 Has ubi verborum poenas mentisque profanae
834 cepit Atlantiades, dictas a Pallade terras
835 linquit et ingreditur iactatis aethera pennis.

Ovidius, Metamorphoses 2.778-835